

DE

14.

SEMGALLIÆ EPISCOPATV

NEC NON

DE

EPISCOPIS SEMGALLIÆ seu SELVRGENSIBVS

SCRIPSIT

I. G. M. F. A. CZARNEWSKI

Johann Georg Martin Friedrich August

Quid enim est ætas hominis, nisi cum memoria veterum cum
superiorum ætate contextitur.

Cicero.

MITAVIE,

STANNO STEFFENHAGIANO.

A. O. R. C. 190 C. CLXXXV.

226

VIRO

MAGNIFICO SVMME DEVENERANDO AMPLISSIMO

ET DOCTISSIMO

ERNESTO FRIDERICO OCKEL,

DVCATVVM CVRLANDIÆ ET SEMGALLIÆ SVPERINTENDENTI

GRAVISSIMO.

PRÆPOSITO DIOECESIS MITAVIENSIS DIGNISSIMO,

NEC NON

CONSISTORII DVCALIS ADSESSORI LONGE MERITISSIMO

COETVS MITAVIENSIS TEVTONICI PASTORI CELEBERRIMO PRIMARIOQVE.

ET

VIRO

MAXIME REVERENDO ATQVE AMPLISSIMO

IACOBO PREISS,

LIBAVIENSIS COETVS TEVTONICI PASTORI MERITISSIMO

VIGILANTISSIMOQVE

A V V N C V L O S V O

AD CINERES VSQVE PIE COLENDO.

ORIV

Hanc Opellam

ОМІСІІІІІА, ЗУОТА ОСИЛЕНЧЕ, ЗІЛКАМ

Ea qua Decet Obseruantia

ОМІСІІІІІА ТОГДА РІВНОВІРТ СУРДО АКТИВАЦІЯ

Tradit Consecratque

Auctor.

Cum iam magna pars liberorum incolarum in prouinciis *Liuviae*, *Esthiae*, *Curlandiae* et *Semgalliae* a sanctorum fanaticorum secta cœtuque latronum e Sacerdotibus, Equitibus, Militibus, Mercatoribus et Seruis qui e Germania venerunt consistens, contra ius et fas manu armata in seruitutem redacta esset; Sacerdotes regnandi cupiditate ducti omnem mouerunt lapidem, ad paganos baptizandos, ecclesias fundandas, parochias instituendas et præsertim *Episcopatus* erigendos.

Episcopatus Rigenensis, primus fundatus, *Episcopatus* erat (1186) qui a Papa meritissimo *Alexandro* quarto, per Bullam *Neapoli* X Calendar. Febr. anno 1255 signatam, ad *Archiepiscopatum* electus est. Post hujus, et *Estoniae* *Episcopatus* fundationem, (1170) *Albertus*, tertius, *Rigenensis* *Episcopus*, erectionem *Episcopatus* in *Semgallia* necesse putavit. (1217)

Huius noui instaurati *Episcopatus* primus electus et designatus *Episcopus*, erat: *Reverendissimus Bernhardus Comes generosissimus*, et nobilis *Dominus de Lippe*.

Bernhardus ab antiquo amplissimo genere glorioseque ortus, *Bernhardum* primum, illustrissimi Imperatoris *Lotharii* primi, a secretioribus rebus consiliarius intimus patrem, et *Petronella de Arne*, cognata *Lotharii* e paterna linea consanguineorum, matrem habuit.

Iuuentutis annos paulum egressus, iussu patris, se in sodalitatem hominum cultui diuino mancipatorum conferre; et sic monasticam vitam fuscipere oportebat. Cohonestatu *Hildesheimiae* Cannonicatu, frater eius viribus integris inopina morte percussus; adhortatione patris, vestimentum sacerdotale cum lorica equestri, commutauit.

Fortitudine decertandi incredibili, potissima et æstimatissima Seculi XI. virtute, et præstantissima eius prudentia non solum, benevolentiam sumiam, gratiam maximam et fauorem sempiternam *Heinrici Leonis* Saxonie et Bauarie Ducis, sibi parauit; ita ut hic illustrissimus Dux illi imperatoris titulum comparauerit, et *Bernhardo* exercitum traderit, sed etiam cœtaneos suos animo lubente prolixoque illi Cognomina *Achilles* et *Vlysses* tribuebant.

Cum in terra hereditariæ suæ, innimicorum præda et spolia facta; et cum se hostibus obfistere non paruideret, confugiebat ad auxilium *Heinrici Leonis*, et supplex ab eo adiumentum obsecrabat. *Heinricus* obsecrationibus et precibus humilibus Bernhardi, exercitus sui partem concessit.

Terram suam cum exercitu inuasit, innimici fugiebant, mittebant legatos pacis petendæ causa, et *Bernhardus* pacem, bonis et conditionibus commodis faciebat.

Nunc

Nunc glorioſus *Fridericus primus*, Romanorum Imperator, *Bernhardo* ad caſtrum munitum *Lipſtadiae* comitatu *Marchiae* ſitum, ædificandum, vacationem dedit.

Anno 1156 petens *Italianam*, ad *Fridericum primum*, cuius ſocius et vasallus Dux *Heinricus* erat auxiliī ferendi cauſa. Tum in Epifcopatu *Colonensi* depopulationem et vaſtationem teſcis atque agris intulit, et incolas ad redimendam villarum deſlagratio- nem compulſit.

Anno 1177, Heinricus Leo illum, munitissime *Haldensleben* arci in Ducatu *Mag- denburgensi* ſite quæ nunc *Neu-Haldenleben* vocatur, prafecit.

Hic Anno 1178 et 79 de copiis hostium *Heinrici* clauſus, fortissime ſe defendens et obfeſſam arcem et copiis cinctam in libertatem reſtituit, ſed denique tamen neceſſitate compulſus, arcem bonis conditionibus autem, obfeſſori *Wichmanno Magdenburgensi Archiepifcopo* 1179 tradidit, qui vrbe remauit.

Quia Comes *Bernhardus* inimicos Ducis *Heinrici* vexauerat, in terras et regiones eorum nihil intactum reliquerat, cui ferro et igne nocere poterat; Epifcoli vicini in Comitatu ejus impetum faciebant, inuadebant ferro, et omnes Comitis poſſeffiones ex- pugnabant.

Hæc fortuna aduarsaria illi dolorem tantum magis acutissimum afferebat; cum Dux *Heinricus* magis amicus quam Dominus eius, ab Imperatore *Friderico* ob perfidiam turpissimam preſcriberetur et *Saxonide* terris fpoliceretur.

Hæc animo acerbiffima inflicta fata, pro diuina ira meritissima putans, et in his fa- naticis opinionibus ſuperlitiosisque a ſacrificiis alitus, maculas flagitorum eius, ſupe-riori etate contractas, lacrimis, precibus, nec non iejuinis, Comes delere volebat.

His rebus innanibus addictis temporibus duæ viæ ad acquireendas fedes in quibus puri a ſcelerum contagione animi post obitum verſantur, erant: *Prima et certifima, vita monaſtica, altera etiam gloriosa ſed maxime lubrica et periculosa via, erat: Pa- ganos verae religionis ignaros gladio ad religionem christianam i. e. ad cultum Ma- riae, Sanctorum, Papae et Sacerdotum cogere.*

Bernhardus ambæ ibat.

Consuetus fortunam tentare, ſe a coniuge ſua separauit, et vitam monaſticam in *Cyflercienſio Marienfeldensi Claſtro Monasterio Epifcopatu ſito* ſucepit. A rebus ſeriis vacuis, otioſam etatem et quietem ſine ullo labore traduxit, omnia Monachorum conforția in *Archiepifcopatu Colonensi* et *Bremensi* peruagabat.

Satietae huius vita affectus, Anno 1210, baculum et peram peregrinantis prehen- dit; et in Epifcoporum comitatu: *Alberti Rigensis* qui ferreo hoc ſeculo obſeueroque ſanctitate et doctrina inclaruit, et multos paganos *Liuonia* precipue *Semgallia* Christo adiunxit, *Philippi Razzenburgensis*, *Iſo Verdensis*, *Ioannes Paderbornensis*, et alio-

rum Equitum fortissimorum, nec non Peregrinatorum nobilium qui sacro contra paganos bello nomina dederant, *Liuoniam* profectus.

Ibi ipse nonnullas militum turmas, paganos *Liuoniae*, præsertim fortissimos *Sem-galliae* bellicos, bello persequi, eduxit.

Bernhardus propter summum suum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem et constantiam, ab omnibus amatus, in eodem anno, ab *Alberto* tribus Episcopis assistentibus, ad *Abbatem, Cisterciensie* ab *Alberto Dunamunde Coenobii* fundati, electus et sacratus. Nunc ita se studiis dedit, tanquam sola ex illis spes esset.

Ordinem *Cisterciensium* Religiosum *S. Robertus Abbas Molismensis*, cui a *Cy-stertio*, solitario *Burgundiae* loco nomen, instituit 1098, et Regulam *S. Patriarchi Benedicti* accepit, qui in monte *Cassino* famosi sui Ordinis fundamenta Seculo VI. iecit, quem toto late Occidente mirifice propagauit, sanctissimis maxime superstitiosis legibus fanaticisque præscriptis, et pater trium votorum dissimilatorum, *Paupertatis, Castitatis et strictæ Obedientiae* est. Hic Ordo a *S. dein Bernhardo* propagatus ab Episcoporum et Principum protestate per *Vrbani secundi Bullam pontificalem* liberatus et exemptus, etiam Ordo *S. Bernhardi* exemptus vocabitur.

Anno 1215 Abbas *Bernhardus* iussu *Alberti*, *Germaniam*, Militum scribendorum causa profectus, et omnia sui Ordinis claustra percepitus.

Anno 1216 cum Comite *Alberto de Lauenburg* (*Siffridi Comitis de Orlemunde*, et *Sophiae*, filia *Waldemari* primi, *Danorum Rex*, filius) nec non aliis peregrinoribus, *Liuoniam* suos lares redditus.

Mox reditu suo, sexmillia *Estones* se cum *Micislauo Vladimirovitza* Rege Ruthenorum *Nouogrodensi*, *Teutonicos* in *Liuonia* habitantes bello perturbare, coniunxerunt.

Simul ac ad *Albertum*, et *Dominum Volquinum Magistrum Ordinis Gladifitorum secundum*, fama de intentione *Estonum* peruenierat, hostibus, Dominus *Volquinius* Magister, cum Militiæ Christi fratribus, noster *Abbas Bernhardus* turmam militum dicens, *Albertus Comes de Lauenburg* cum Vasallis et Seruis suis et cum multis baptizatis et ad religionem catholicam conuersis *Liuonis* et *Lethis* et eorum Sacerdotibus obuiam properabant, et die *S. Matthei* Apostl. XI. Calendarum Oct. improuiso *Estones* opprimebant, et non solum eos in summas angustias compellebant, sed etiam maximam cladem efferebant.

Supra paganos Insulæ *Oefel* Anni millesimi ducentesimi decimi sexti extremo, *Bernhardus* Militiae Christi et *Liuonorū fidelium* auxilio amplissimum triumphum deportauit.

Bernhardus, ille vir in quo omnes fratres Militiæ et omnes Pastores gregis Christi amicissimi hominis benevolentiam, et constantissimi amici fidem, et summi animi mag-

nitudinem sunt experti, et qui omnes in gloriam Ecclesiæ, Papæ et Ordinis Ensiferorum, cogitationes suas conuertens, *Albertus*, e grata *Bernhardi* virtutum memoria, et propter sumnum eius ingénium, singularem probitatem et constantiam, illum in *Ordinem Episcoporum* recepit, et Anno 1217 haud dissimiliter vero Mensis Februari, festo oblati Christi in templo, quo germanice *Lichtmeß* vocatur i. e. IV. Nonarum Febr. Cathedrali Templo Rigeni, assistentia *Ottonis Utrechtensis Episcopi*, nostri *Bernhardi* tertius filius, *Episcopatu Semgalliae* cohonestabat et consecrabat.

Semgalliae Ducatus plaga orientali; prouinciis (Gouvernement) *Riga* et *Položk*, vbi *Duna* fluuius extreemam agrorum partem definit, et anno MDCCCLXXXIII. decessu districtu *Schlak*, versus meridiem, *Lithuania*, et prouinciis *Riga* et *Schlak*, versus occasum, *Lithuania*, et ducatis *Autz* et *Frauenburg*, septentrionem autem cum parœciis *Candau*, *Frauenburg*, *Tukkum* et districtu *Schlak* conjunctus.

Nomen *Semgallia* non ut multi putant a letticis verbis, *Semme*, *Land*, et *Gals*, Ende, ortum est, *Vir meritissimus Gotthardus Fridericus Stender*, *Selburgensis Praepositus et linguae letticae Nutor* vera denominationis hujus radix, in Grammatica sua lettica pag. 19 et 20 sic docet:

Die Semgallische Bauren nennen die Oberlauzischen und Dünaburgischen Augschgalleschi, Oberländer, von augsch oberwärts, und gals, welches hier eine Gegend bedeutet. Die andern bis Riga zu, nennen sich im Gegensaz Semgalleesch, Niederländer, von semsch niedrig, und gals die Gegend. Weil nun der

leitere Strich nicht allein ungleich länger ist, sondern sich auch immer weiter ausbreitet, so hat das ganze Herzogthum davon den Namen Semgallen, welches so viel als Niederland heißtet, bekommen.

Ducatus *Semgalliae* e sequentibus paroeciis consistit: *Selburg*, *Nerft*, *Asheraad*, *Dünaburg*, *Mitau*, *Eka*, *Baldon*, *Neugut*, *Sessau*, *Bauske*, *Grenzhoff*, *Doblen*, *Neuenburg*.

Vrbes hujus districtus tres sunt: prouinciae caput *Mitau*, et miserrima *Bauske*, *Friedrichstadt*, *Jacobstadt*, et villa *Subbath*, *Illuxt*, cum clauistro catholico.

Prisci in tres nationes diuisi, *Semgalliae* incolæ; viri præcellentis animo et virtute, impudici, vehementer neruosi, temeritatis pleni, et audacissimi homines erant. Ab anno MCLXXXVI. usque ad MCCXC. cum Militiæ Christi fratribus, et contra eos qui religionem christianam acceperant, sempiternum bellum geserunt, quia nemo umquam audacior quam *Semgallii* libertatem defendit. Et si nonnunquam pacem constituunt, hoc feriae bellicæ seu induxit magis, quam tranquillitas nominandum est.

Ordinis ensiferorum fratres, si lauream et victoriæ palmam acquirebant, semper Baptismi, legum christianarum et Sacerdotum receptionem, in conditionibus pacis posuerunt.

Bern-

Bernhardus quidem hujus districtus Episcopus factus, sedes rerum ac fortunarum ei autem in Semigallia deerat, et ille Riga domicilio ab Alberto donato usus. Consuetus vltro citroque cursare, et totas regiones peruagare, *Albertum*, *Ditericum Ethoniae Episcopum*, et *Comitem Albertum de Lauenburg*, e *Liuonia* redeuntem, in itinere ad *Daniae Regem* comitauit, anno MCCXVII.

Albertus et *Bernhardus*, omnibus a *Waldemaro* precibus atque obsecrationibus auxilium contra *Ethios* et *Russos* contendebant.

Waldemarus, illis opem suam pollicitus, et sequenti anno, regiae promissionis suae memor, classi procineta, initium belli contra paganos agendi faciebat.

Anno MCCXVIII. *Semgallii* districtu *Mesohthen* habitantes, se Episcopi Rigensis imperio subiecerunt, et *Albertus* Castellum *Mesohthense* nunc *Bernhardo* pro domicilio tradidit.

Ibi *Bernhardus* ab *Semgalliae* ethnicis, fortissimi *Westhardi* prouincia *Thernetene* praefecti duce, toto die vehementer opresso, omnibus operibus ad murum admotis, irruptionem tentabant, post magnam iacturam autem ab obsidione desistebant.

Ob *Semgalliorum* sepiissimas ferro atque insidiis petitiones, *Bernhardus*, cum arcis praesidio, castellum relinquens, *Riganum* profectus, in suam domum episcopalem migravit.

Cum *Danii*, *Eftlandiam*, ob exercitum Episcopo et Militiae Christi fratribus contra hostes subfido missum, *Daniae Regem* esse, demonstrauerint, et *Lundensis Episcopus Andreas* non Sacerdotes dancos solum in diuersis *Ethoniae* prouinciis paganos baptizandos miserit; sed et *Alberto* vetuerit, ne vllum monachum seu sacerdotem *Rigensem*, in *Ethoniam* Ethnicos conuertere et sacro baptisme abluere mittat, *Albertus* se itinere ad Romam comisit, *Honorium III.* summum Episcoporum Episcopum, de iniuriis Waldemari docere, et seuere accusationis tela in Episcopum Andreani iacere, *Bernhardum* in locum suum substituit et subposuit, cui ille Christi gregem, et capita fortunasque ciuium mandauit.

Interea Rex Danorum, *Rudolphum* a *Wenden*, vnum a prioribus Ensiferorum, praesentia omnium Militiae Christi fratrum in *Estonia* habitantium, in possessionem *Saccala* et *Vngannien* inducebat.

Simulac *Semgalliae* Episcopus hanc actionem Regis arbitriam, communis fama atque sermone audiuerat, se cum Ordinis Gladiferorum fratribus federi iunxit, et *Ethoniam*, inter *Episcopum Rigensem*, *Hermannum Lealensem Episcopum*, et *Militiae Christi fratres*, in tres partes aequales diuisit.

Nondum hostium opprobrium aduersus Ecclesiam Teutonicosque cessauit, nondum *Liuonum* terra filuit, ea gratia, prefatus *Semgalliae* Antistes iterum anno MCCXXI.

Germaniam profectus, de quo itinere *Bernhardus* cum multis peregrinis anno MCCXXII. reditus. Mense Iulii *Semgalliae* Episcopus, omnes Ordinis ensiferorum fratres, mercatores ciues *Rigenses*, *Liuones* et *Lethos* iugo christiano fideles, et peregrinatores conuocauit germanicos, et cum illis bello *Esthones* lacestere coniunxit.

Bernhardus æque ac Dux scientia rei militaris præditus, et in laude bellico erigerius, quam salutaris Reipublicæ Christianæ præfus, mense *Augusti* contra *Esthios Ruthenosque* bellum innitum faciebat, ibi breui tempore copias hostium disiectis, violenta manu, duas arcas fortissimas expugnauit, et maximam *Estlandiae* partem, sub Episcopi et Militia Christi iugum subiunxit.

Anno MCCXXII. pro domicilio et sede *Bernhardi* et sequentium *Semgalliae* Episcoporum *Castrum Seelburgense* destinabatur, et tota *Semgalliae* prouincia, cum summo imperio et potestate illi tradebatur, vnde etiam *Antistetes Semgalliae*, *Episcopi Seelburgenses* vocati sunt.

Seelburg melius *Sehlburg* (S. beneuole Lector! hic vt germanica littera sz legendum est) a letticis et *Sehlpils* et *Sehrpils* vocatus, a duabus antiquis nationibus *Semgalliae* habitantibus *Sehlenis* et *Sehrenis* denominatus.

Inter omnes pristinos legitimos *Liuoniae*, *Curoniae* et *Semgalliae* incolas, *Sehleni* et *Sehreni*, fortissimæ, multarum rerum usum habentes, non infrenue, maxima hominum celeberrimæ nationes fuerunt.

Sehleni et *Sehreni* in vicis rusticis viuentes, districtum a fluvio *Euist* usque ad hodiernam *Fridericopolim* inter *Dunam* et *Memel* fluuios incolentes, Regulis a *Kokenhusen* et *Polozk* fædere irretiti erant.

Illis erat Arx ligno quidem exstructa, sed munitissima, vallo, magnis munitionibus, a tribus lateribus fossa, altrinsecus Duna fluuio circumdata.

Hoc castellum Lithuani, *Sehleni* et *Sehreni* hi inimici ocii et pacis. si aduersante Marte cum Christi Militia pugnauerunt, perfugio, latibulo, loco ac sede præsidii usi sunt.

Anno MCCVI. hoc castrum *Sehlburgense*, a Diterico Cisterciensi Dunemunde Monasterii Archimonacho, Alberti mandato maxima militum manu obsidione vehementissime pressus, et cum *Sehleni* copiis christianorum elausi; et Abbatem nullam deditonis significationem dedituri, Ditericus omnibus operibus ad murum admotis irruptionem tentans, et obsidione cinctos, tandem in deditonem redegit.

Sehleni metu coacti, Religionem christianam colendam polliciti, Archimandritus eos supplicium benemeritum, promissionis hujus et stipulationis causa condonauit, et sacro baptisme omnes abluere curauit.

Anno

Anno MCCVIII. Castrum *Sehlburgense* ligneatum in planum redactum, et hodierna Arx ab *Alberto*, lapidibus operariis et lateribus ædificata in qua, Episcopi interdum commorati, post *Semgalliae* Episcopatus oblationem Praefecti (Comthuri) Praefecturæ *Sehlburgensis*, hanc arcem se domicilio et sede vñi sunt.

Septendecimi seculi exitu, hoc castellum, in bellis a *Russis*, *Polonis* et *Suevis*, in *Curonia* gestis, deletum et ad interitum redactum, et nostra hac tempestate, muri et adhuc ruinæ videndi sunt. —

Bernhardus anno redemptionis humanæ MCCXXIII. vite extremum diem morte conficit, et ex hominum vita, ad superiorum religionem et sanctimoniam demigravit.

Reuerendissimus *Albertus*, cui cum extincto *Bernhardo* tanta familiaritas consuetudo semper fuerat, vt nulla major esse possit, Ordinis Ensiferorum fratres, Virgines sanctimoniales, Sacerdotes, Monachi, Liberi ejus, omnes *Liuoni* et *Letthi* omnes subditi eius in *Semgallia*, fatum hoc, non immerito lugebant.

Locus sepulchri eius incertus, veresimile autem est, quod *Albertus* funus satis amplum faciendum, et corpus cathedralē Rigenſi templo, terræ reddendum, curauit.

Sed hoc certum, *Albertum*, omnibus *Liuoniae*, *Eſthoniae*, *Semgalliae* et *Curlandiae* Euangelii præconibus rem diuinam pro defuncti *Bernhardi* anima faciendam mandasse.

Die X Calend Febr. famam comitis defuncti conseruandam constituta.

Bernhardum in gerendis bellis et labores de belli Ducem præstantissimum et idoneum, patrem charissimum et bonum, maritum optimum, amicum verum ex animo fidelem, ad suscipiendum hospites liberalem, dignitatem Episcopalem vitæ integritate exornantem, Dominum indulgentissimum fuisse, et nulla res tanta fuisse, cuius quidem efficienda potestas homini conceditur, quam non ille consilio regere, modestia temperare, integritate tueri, virtute confidere, et autoritate conseruare potuisse, scriptores coœui testantur.

In Comitum et nobilium Dominorum de *Lippe tabulario*, *Bernhardum Semgalliae* seu *Sehlenorum Episcopum* fuisse nullum relatum adesse videtur, nam ego Epistolam quendam ex Altona accepi sequentes annotationes continentem.

Im sechsten Stück des politischen Journals 1789 heißt es:

Der erste Bischof war Bernhard Graf von der Lippe im Jahr 1217 u. s. w.

Nun besitze ich eine Stammtafel der Grafen und Edlen Herren zu der Lippe, welche aus dem Archiv besagter Herren Grafen gezogen ist, und an deren Rechttheit kein Kenner zweifeln wird. Diese bestimmet die Abstammung folgendermaßen.

Bernhard I.

dienete Kaiser Lothario im Kriege und ward dafür mit Lemgo und Sassenburg beschenkt.

(Gebhard, Bischof zu
Ösnabrück von 1186 bis
1217, darnach Erzbis-
chof von Bremen von
1218 bis 1219.

Bernhard II. oder Magnanimus des Sächsischen Herzogs
Heinrici Leonis General, aber zuletzt ward er ein Mönch
und ein Heidenbekämpfer in Liefland 1150, Er bekam das
Schloss Engern für treugeleistete Dienste. Gem. Sophia
Gräfin zu Arnsberg.

(Gerhard Victorinus,
Erzbischof zu Bremen von
zu Paderborn.
1219 bis 1258.

Bernhard, auch der ältere
merich, Bischof
zu Paderborn.
1215 bis
1227.

Otto wird
genannt, Bi-
schof zu Lübeck
von 1215 bis
1227.

Hermann I.
Vater Bern-
hard II. re-
giert. † im
Kriege wider
die von Stade.

Theoderius
Probst zu De-
venter, † 1227.

u. s. w. es findet sich also gar nicht, daß ein Bernhard Bischof zu Seelburg gewesen —
denn es ist hier allerdings ein Irrthum.

Certe hæc tabula genealogica varia errata continent, vt non nemo e tractatione præ-
cedente videre potest, et menda sic corrigenda sunt.

Bernhard I.

Gebhard, Bischof
zu Ösnabrück.

Bernhard II. den Namen Magnanimus bekam er wegen seiner Tapferkeit und Geschicklichkeit in den Thurnieren — Kanonikus — General — Erhielt von Heinrich dem Löwen Engern, welches ihm der Kaiser, da Heinrich in die Nacht erklärt wurde, wegnahm, und es an Bernhard Grafen von Askanien, Albert des Bären Sohn gab. — Mönch 1209, ging nach Liefland und wurde Abt zu Olsnaburg 1210, Bischof zu Semigallen 1217, starb 1223.

Der sel. Grossbritannische Hofrath und Bibliothekar zu Hannover, Herr Grüber, führt in seinem Werke: Origines Liuonice sacrae et civilis &c. Francofurti et Lipsiae anno MDCCYL, fol. ein Dokument von 1244 an, darin Gerhard, Bernhard II. Sohn, Erzbischof zu Bremen, ein Vermächtniß allen seinen Schwestern und Brüdern bestimmt, und darinnen seine Mutter nicht Sophia sondern Heilwig nennt.

Söhne

Söhne Bernhards.

1) Gerhārd, Erzbischof von Bremen. 2) Otto, Bischof zu Utrecht. 3) Bernhard, Bischof zu Paderborn. 4) Dietrich, Probst zu Deventer. 5) Hermann von Lippia.

Dochter.

1) Frau Hethelnit, Lebtsiss zu Verse. 2) Frau Gertrut, Lebtsiss zu Hervorden. 3) Frau Conigundes, Lebtsiss zu Brekenhorst. 4) Frau Althelheid, Lebtsiss zu Alten. 10) Frau Heilwig, Gräfin von Regenhausen. 11) Frau Beatrix, Gräfin von Lutterberg.

Lambertus, secundus Semigalliae Episcopus, ex honestissima familia teutonica proditus. Ab incunabilis osnam vim suam in discendis litteris consumxit, et curas, vigilias, diligentiam, cogitationesque omnes, in laure vndique colligenda posuit. *Boloniae* omnes ingenii neruos industriam ad studia theologica intedit, atque liberum ab omni aliarum rerum cura cessationem amplexus, quod ille Magistri titulo ornatus fuit. *Romae* operam dedit, vt studia et voluntatem virorum, et patrum purpuratorum sibi conciliaret. *Coloniae Agrippinae*, Decani munus administravit, ibi illum *Albertus Liuoniae* Episcopus in fidem, amicitiam suam recepit, quem *Lambertus* in omnibus itineribus comitauit. *Albertus* cum *Lamberto* coniunctissime vixit, salutem et fortunam eius quibuscumque rebus poterat, tueri voluit, illi, post *Bernhardi* mortis cum vita commutationem, *Semigalliae Episcopatum* dedit.

Anno MCCXXIV. *Lambertus*, Dominum *Wilhelminum* Mutinensem Episcopum, in partibus *Liuoniae Ethoniae Semigalliae Curlandiae* &c. Apostolicae Sedis Legati usque ad extremos *Ethoniae* fines, ecclesias visitare, et statum christianorum videre, prosecutus.

Anno MCCXXVIII *Lambertus* de districtus possessione inter *Semigalliae* lacum Babat et fluuium Aa decepsit; id hæc Bulla testatur:

Heinricus Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Communitatis *Rigen-sis*, Salutem et Apostolicam benedictionem. Ea, quæ iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata persistere, et ne in recidiuæ contentionis scrupulum relabantur, conuenit Apostolico præsidio communiri. Significatis siquidem Nobis, quod, cum inter vos ex parte vna et venerabilem fratrem nostrum Episcopum, Præpositum et Magistrum Militie Christi *Rigen-sis* ex altera super terminis Marchiæ ciuitatis nostræ coram Venerabili fratre nostro Mutinensi Episcopo Apostolice sedis legato quæstio verteretur, vos et pars altera ipsius Legati vos arbitrio committitis, promittentes ad inuicem, quod quicquid super hoc ordinaretur ab ipso, ratum hinc inde perpetuo haberetur, pro ut littere nostro et partis alterius sigillis monita testantur. Prædictus vero Legatus rerum, locorum et personarum qualitatibus circumspectis et debita deliberatione præhabita, ordinavit, vt Marchia Ciuitatis *Rigen-sis* citra *Dunam* incipiat a *Rumbula* in ipso angulo

Iapidee ripe fluminis, vbi ripa incipit altius condescendere relitto superius prato; Et de illo augulo procedatur contra stagnum *Rodepois* recta linea usque ad pontem riuuli, qui *Pitorga* vulgariter nuncupatur, de ponte vero recta linea vsque prope caput stagni ad locum, vbi dicitur Lingua, cui adiacet stagnum ex vna parte, ac ab alia aqua, quæ dicitur *Skilagius*, et sic citra stagnum vsque ad *Dunemundensem* terminum descendendo; inter predictos autem fines comprehendantur prata facta vel facienda, quæ sunt inter pontem de *Rodepois* et illos duos montes prope pontem, qui se mutuo respiciunt contra stagnum, quorum vltior *Naba* vocatur propter riuulum *Naba*, qui ei noscitur adiacere, citerior vero vocatur *Mons aquilae*, pro eo quod ibi nidificare aquila consuevit. Gurgusium autem Fratrum Militiæ, quod est ibi, eisdem fratribus perpetuo conseruetur. Ipsi vero dimittant ab vna parte spacium competens propter naues, nec faciant capturam in adscensu piscium sed tantummodo in descensu. Ulta *Dunam* vero a predicto loco *Rumbulae* procedatur vsque ad aquam, quæ dicitur *Meiffae* recta linea, vnde ad aquam citius peruenitur, et deinde ad locum vbi flumen Semigallorum iungitur ad *Babat*, et sic per medium fluminis vsque ad mare et per terram vsque ad *Dunemundensem* terminos procedatur. Ad hæc memoratus Legatus illud *praedita Marchia*, quod est inter *Babat* et *Flumen Semigallorum*, et omnia grama riparum eiusdem Fluminis, quæ a Venerabili *Lamberto Fratre nostro*, Episcopo Semigalliae redemptis, nec non omnia grama quæ sunt vel possunt esse in stagno *Rodepois* in citeriori ripa eius vsque ad riuulum *Pitorga*, et omnia grama culta vel inulta vallis ipsius riuuli ad communes vsus tantum ciuium, peregrinorum et mercatorum, non vero Episcopi, Præpositi vel Magistri specialiter reseruauit, adiiciens, vt pescatio *Rodepois* communis sit omnibus, gurgustio Fratrum saluo. &c. &c. &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumferit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Laterani III, Idus Decembris Pontificatus nostri anno undecimo.

Sigillum pensile

Honorii Pont. P.

Lambertus poculum mortis Anno MCCXXIX. exhaust.

Loca, vbi visuram lucis accopisse, vbi diem extremam suam confecisse, et tumuli ejus ignota esse, negligentia tui sui scriptorum culpa est.

Inter omnes Semigalliae Episcopos, et doctrina prudentia et diligentia, sanctitate maxime eminuit.

Baldulnus de Alna tertius Selburgensis Episcopus. Hunc magnum reuocatorem corum

corum qui extra ecclesiam, christianaæ religionis ignari, scriptores coœui summis ad cœlum efferunt laudibus.

Cum post meritissimi *Alberti* lethum, senatus *Rigenium* canonicorum cathedra-
lium, *Gerhardo* secundo *Bremensi* Episcopo, ob ius Episcopi eligendi in aciem et di-
micationem acerimam venissent, et hanc implicatam controuersiam ad Papæ suspellia
traxissent; *Gregorius IX* Romanorum Presul, *Baldwinum de Alna*, a confessionibus
Eminentissimi Cardinalis *Oltonis*, Episcopatum *Rigenem* administrandum, et Ecclesiæ
causas curandas, in *Liuoniam* misit.

In sui muneric et officii administrando *Baldwinus* Episcopi Episcoporum expecta-
tioni satisfecit, *Semgalliam* ab ethnica superstitione purgauit, *Liuonicos* gentiles in Dei
cognitione et Christi scientia collocauit, et duntaxat per lenes mansuetas, per blandas
persuasiones, multos ethnicos homines, lustroco sacro et conuiuio cœlesti, christiana
coniunctit societate.

Anno MCCXXX. die V. Calend. Ianuarii compositionem pacis cum Regulo *La-
mechin*, cum *Curlandiae* paganis Districtuum et Prouinciarum *Efestua*, *Durpis*, *Sagga-
ra* *Tdargolora*, *Osua*, *Langis*, *Venelis*, *Normis*, *Kiemala*, *Pugawas*, *Sarnitus*
Riwa, *Saceze*, *Edualia*, *Aliswanges*, *Ardus*, *Alostanotachos*, *Bandowe*, *Wannen*,
Rende, *Wasa*, *Galle*, *Matichule*, *Waune*, *Pyre*, *Vgenesse*, *Cadewe*, *Anxes*, *Talse*,
Arowelle, *Pope*, christianam religionem amplectandam tolerabilibus conditionibus
transegit.

In eodem anno *Rigenes* cum *Curonis* tenebrio gentilitatis oppressis ratione tributi
annui, paœtum confecerunt.

Compositio Pacis cum Curonibus Ethniciis ratione tributi anni A. 1230 sub tri-
bus Sigillis.

Conuentus S. Mariæ in Riga, Fratres Militiæ Christi, Rathmanni ceterique Bur-
genses, Rigenses, Vniuersis Christi fidelibus, ad quod præsens scriptum peruererit, Sa-
lutem in vero salutari. Notum sit omnibus futuris et præsentibus, quod cum Curoni-
bus et locis, quorum haec sunt nomina: *Rende*, *Galewalle*, *Pidewale*, *Matekule*, *Wane*,
Pure, *Vgesse*, *Candowe*, *Anses*. Talem fecimus compositionem, cum se offenserent ad
subeundum iugum Christianitatis quod videlicet ipsi et corum Successores de quolibet
vno soluerent nobis annuatim dimidium nauale talentum filiginis, et de erpica, quæ
vulgari nostro *egede* dicitur, soluerent similiter dimidium talentum filiginis si vero ali-
quis vno equo laborat, in vno et erpica non soluet nisi tantum dimidium talentum
filiginis. Insuper Sacerdotibus suis, quos de *Riga* aduocabunt, quantocius poterunt
absque periculo necessaria vita persoluent, et ab eis obedienter Baptismum recipient, et
legem Christianam, saluis sibi possessionibus et proprietatibus agrorum, ceterarumque

rerum sine conditione cuiuslibet potestatis. Præterea iidem Curones nobiscum impugnabunt inimicos Christi. Ne ergo quæ gesta sunt a nobis processu temporis euaneant, et in irritum deducantur, nisi forte Curones infregerint rebellando Christianis, firmandum duximus et obseruandum, vnde et litteris nostris ea perennari fecimus, et sigillis nostris roborari: subarratis testibus quorum hæc sunt nomina:

Mauritius Prior S. Marix in Riga.

Hedenricus Celerarius,

Heinricus Camerarius,

Volquinus Magister militiæ Fratrum,

Rudolphus de Cassle,

Gerefridus Wirdic,

Mariewardus de Thuringia,

De Rathmannis: Wernerus Thidericus de Wenden,

Albertus Vtnordius,

Woldericus.

Peregrini: Iustinius de Dut,

Alexander de Veechte,

Thomas de Hunefelde,

Dodo de Trauenemine.

Burgenes Lubecenses: Mariewardus de Hagen,

Sifridus de Hosenberge,

Heinricus Clenebur.

et alii quamplures.

Actum publice in Riga Anno Dominicæ incarnationis MCCXXX.

Otto S. Nicol. de carcere Tulliano Cardinalis et disceptator electus in causis Episcopi Bremensis contra Nicolaum de Magdeburg tandem iudicauit: Nicolaum a Canonis Rigenibus legitime electum, et non Episcopo Bremensi subiectum esse. Hanc sententiam definituam Gregorius confirmauit.

Nicolaus benevolentiam omnium Ordinis Christi fratrum, summo studio ac veneratione colligens, sibi ciuium Rigenium voluntatem conciliens et sciens: Dona, stabiles firmissimasque amicitias inter populum et principem contractura esse, tertiam partem Osliae Curlandiae Semgalliae, Ciubus Rigenibus ac eorum haeredibus vtriusque sexus in beneficio porrexit.

Priuilegium.

Nicolaus Dei Gratia Rigenis Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus feliciter consummari.

Cum

Cum fidei fons exortus in *Riga*, riuos suos in diuersas prouincias Idololatria delu-
fas deriuauerit, nomenque Domini nostri Iesu Christi, gentibus incognitum notificaue-
rit, absurdum valde videretur et indignum, vt his qui huic fonti laboribus plurimus et
expensis non modicis consolationis fomenta præbebant, irriguo priuarentur. Hinc est,
quod vniuersitati vestre notum esse volumus, quod nos de consensu et voluntate Capi-
tuli nostri, nec non honestorum ac prudentum virorum peregrinorum et aliorum tunc
præsentium confilio de terris, videlicet, *Ostia*, *Curlandia*, *Semigallia*, exceptis *Mede-*
rothe, *Upperneede*, post discessum Domini *Mutinensis* Episcopi, tunc in partibus *Liou-*
niae Apostolice sedis Legati, Domino acquisitis, seu deinceps acquirendis, tertiam par-
tem cum omni iure temporali decimarum et locatione Ecclesiarum Ciuiis Rigensibus ac
eorum haeredibus vtriusque sexus in beneficio porreximus, ita tamen ut Ecclesiæ dotent,
et nobis personas idoneas repreſentent, queæ a nobis curam recipient animarum, et tam
Laici quam Clerici nobis in Synodalibus obedient. Quicunque autem vice Episcopi Eccle-
siæ Synodi causa, visitauerit, cum septem equitaturis procurabitur. Præfatum autem bene-
ficium Duodecim Consules nomine totius ciuitatis receperunt, iuramento fidelitatis Eccle-
siæ Rigensi et nobis præstito, quod ipsam ciuitatem Rigam et omnes terminos Episcopatu-
m nostrum, contra quælibet (excepto Imperio) defendant, et eam fidem nobis seruent,
quam fideles suo Domino seruare tenentur, item per omnia successoribus nostris seruat-
turi. Si autem ex his duodecim quis morte vel quoconque alio modo a Consilio ciuita-
tis cesserit, successor ipsius nobis homagium facere, et secundum præscriptam formam
iurare tenetur. Inter cetera tales addimus distinctionem, quod de terris prætaxatis,
quantum ad Diœcesin *Rigensem* pertinebunt, rata erunt omnia secundum tenorem præli-
batum. In Episcopatibus autem in posterum creandis partes nostras interponemus fide-
liter pro ciuibus iam dictis, ut obtineant portionem suam, quam tenebunt de manibus
Episcoporum instituendorum. Et ne series huius rationabilis facti obliuione labatur,
aut scrupulum contradictionis admittat, præsens scriptum nostro, Ecclesiæque nostræ; nec
non Dominus Fratrum Militia Christi Sigillis roboramus. Testes huius facti sunt. *Io-*
hannes Præpositus, *Mauritius Prior*, *Henricus Camericus Ecclesiæ Rigensis*, *Gordanus*
Plebanus S. Petri eiusdem Ecclesiæ Canonicus, *Arnoldus Capellanus noster*, Magister
Volquinus Rodolffus de Castle Gerfridus Widikee, Fratres militia Christi, nobilis vir
Dominus *Albertus de Arnestum Hildemarus Scoke*, *Conradus et Volquinus de Halle*
peregrini. *Waltherus miles*, *Theodericus de Berewich*, *Johannis de Raceborg*, *Fri-*
dericus de Lübecke, *Heinricus filius Ertmari* ciues Rigenses. Datum Anno gratiae
MCCXXXI. V. Idus Augusti, Indictione VI. Pontificatus nostri Anno primo.

Postquam *Nicolus Papæ confirmationem acciperat*; *Baldinus Romanum propera-*
tus, Ecclesiæ *Liuniae* status et sua negotia gesta, diligenter enodare.

Gregorius

Gregorius IX. Sacrarum ceremoniarum et ecclesiasticarum rituum supremus curator et antistes, Balduino, episcopalem *Semgalliae* insulam primum donauit, et perpetuum apostolicae sedis *Liuniae Semgalliae Curoniae Finnoniae Gothiae*, nec non *Estoniae* legatum instituit.

Post regressum eius, illum non placuit, *Nicolaum* ciibus *Rigenibus* tertiam *Semgalliae* partem tribuisse. Igitur *Rigenibus conditiones* proponit sequentes.

Se velle LXX. ciues pro Vasallis in *Semgallia* accipere et vnicuique in feudum XXV. Vnos (Haken) dare, si ciues a iuribus suis desisterent. Civitas ad *Balduini conditiones* accessit.

Anno MCCXXXIV. **Balduinus LXI.** ciues in possessionem XX. Vneorum (Haken Landes) *Curonia* citra et ultra Windauie flumen induxit.

De Vneorum magnitudine Arndt sic inquit:

Die Grösse der Haken in alten Zeiten wird nicht nach einerlei Berechnung angegeben.

In den Jahren 1232 enthielt ein Haken Landes 30 Morgen, ein Morgen aber 40 Ruthen in die Länge und 10 Ruthen in die Breite. Nach einer Kommissionsverordnung von 1262 soll die Ruthen 16 Fuß halten. Nach dieser Zeit hatte man von den Liefländischen Haken ein dreyfaches Maas. Das größte berechnete einen Haken in der Länge und Breite zu 99 Bästen, und jegliche Baste zu 99 Faden, welches Maas im rigischen Kreise gänge war; das mittelste, so der Landhaken genannt wurde, zu 77 Bästen, jede zu 77 Faden, das kleinste zu 66 Bästen, jede zu 66 Faden, welches letztere Plettenberg in einem Privilegio 1518 zu Burtnik anzeigen. Aus dem Herzogl. Kurländischen Archiv ist zu ersehen, das eine liefländische Baste, deren 66 einen Haken ausmachen, 66 Faden, und überdem eine Länge, sechsmal um den Kopf und sechsmal um den Daumen in sich begreifen, welche letztere Länge auch 2 Faden beträgt, daß also die Baste 68 Faden enthält, jeden Faden zu drei und einer halben rigischen Elle gerechnet. Vide Liefländische Chronik 2ter Theil Seite 43 und folg.

Anno MCCXXXIV. **Gregorius IX.** *Balduinum* legati dignitate liberavit, et in locum eius *Wilhelmum* Mutinensem Episcopum nominauit.

Anno MCCXLIII. humanissimus *Balduinus* ex vita migrauit.

Balduini patria, parentes, sepultura, et plura vita eius memorabilia facta non reperiri possunt:

Cum nunc *Balduinus* in viuorum numero amplius non esset, et *Semgalliae* Ecclesia capite careret; *Gregorius*, Archiepiscopo *Moguntiae* mandatum dedit: *Semgallii* Antistetem ceremoniarum probum religiosum peruvigilemque mittendum.

Moguntiae Metropolitanus ad Sancti Patris mutum expeditus, *Heinricum a Lettelburg Ordinis Minoritarum monachum*, cum *Semgalliae mitra* ornauit et illum *Riga* dimisit.

Nicolaus

Nicolaus supremus Rigenium Sacerdos, lucrum suum querens et prouentum suum ampliaturus, facile grato *Heinrico*, quidem a *Moguntiae Archiepiscopo electo*, sed nonne a Pontifice maximo confirmato *Semgalliae Episcopo*, persuasit *Curlandiae Episcopatum accipere*.

Nicolaus Coelestino IV. hunc mendacium proloquutus Episcopatum Semgalliae, proprium non posset Episcopum sustenere.

Papa, falsa pro veris probans, falsis fictionibus motus *Semgalliae coniunctionem Episcopatus*, cum *Rigeni* permittens, et *Petro Albanensi*, et *Wilhelmo Sabinensi* Episcopo, negotium imperauit, *Semgalliae Episcopatum cum Rigeni coadunare et Curoniae insulam Heurico de Lettelburg addicere*. Hoc Anno MCCXXXV. factum est.

Judices compromissarii, *Semgalliae Episcopatum ad necessariam Episcopi sustentationem paruum et per pauperem esse*, etiam dixerunt, sed hoc a vero abest.

Instrumentum Petri Episcopi Albanensis et Wilhelmi Sabinensis de tertia parte Semigalliae et Curoniae.

Petrus miseratione diuina *Albanensis* et *Wilhelminus* eadem miseratione *sabinensis Episcopi*, ac *Iohannes Dei gratia Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis*, omnibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum peruererit, salutem in nomine *Iesu Christi*.

Vestra nouerit vniuersitas euidenter, quod, cum Dominus Papa diligenter atten-
dens, quod quedam Ordinationes, quae *Rigenes*, *Semigallenses* et *Curonienses* tange-
bant Ecclesias, reformationem et correctionem in quibusdam non immerito requirebant,
correctionem et reformationem ordinationum huiusmodi nobis viua voce duxerit com-
mittendam. Nos attendentes, quod *Rigenis Ecclesia*, quae in delatione fidei Christianae,
vtpote primitiva et præcipua pre vniuersis Ecclesiis *Lithuanie* et *Estoniae* laborauit, adeo
in suis iam fuerat diminuta limitibus, vt nisi eiusdem Ecclesiae ampliarentur termini,
paganorum incursis, quibus frequentius conuulsatur, resistere non valeret, nec di-
uinus cultus, sicut ab eadem ceperit Ecclesia, debitum susciperet incrementum ideo vt
eiusdem Ecclesiae solitudini condigno respondeatur affectu, terram, quae *Semigalliae*
dicitur, auctoritate nobis in hac parte commissa Dioecesi eiusdem Ecclesiae decreuimus
uniendum, ita vt *Rigenis Episcopus ipsam Semigalliam cum omni Iurisdictione et iure
temporali ac spirituali possideat*, exceptu parte tertia eiusdem *Semigalliae*, quam Fra-
tres, Domus Mariæ Teutonicorum cum decimis et iurisdictione, et iure temporali pos-
sident, et hactenus possiderunt. Et sic nullus de cetero in eadem Semigallia praeficie-
tur Episcopus, quia cum quedam pars sit *Rigenis Dioecesis*, quae tantae latitudinis
non existit, vt si tota etiam conuersa foret ad fidem, proprium non posset Episcopum
sustinere. Verum cum bonae memoriae *Monguntinensis Archiepiscopus* discretum virum

Heinricum

Heinricum de Lettelburg de Ordine Fratrum Minorum, status illarum partium prorsus ignarus, in Semigallienensi Episcopum autoritate Apostolica duxerit promovendum: Nos eundem Fratrem ad totam Curoniensem Dioecesin nunc Pastore vacantem, duximus transferendum, quam totam Curoniam seu Curlandiam pro sua Dioecesis terminis tam idem Frater H. quam successores eius pacifice possideant et quiete, ita tamen; vt Magister et Fratres Domus S. Marie Teutonicorum in eademi Curonia duas partes eiusdem terre cum decimis et omni iure et iurisdictione temporali possideant, et eodem modo praefatus Curoniensis Episcopus tertiam partem residuam eiusdem terrae cum omni iure et iurisdictione temporali et spirituali pacifice possideat et quiete. Quia vero Capitulo Rigenſi ab eodem Rigenſi Episcopo ante præsentem ordinationem nostram ducentorum vñcorum ac Dondangen et Turgete in Eadem Curoniensi Dioecesi redditus fuerant assignati; redditus ipsos præfatos Capitulum ex nunc et in perpetuum cum decimis et omni temporali iurisdictione et iure retinere volumus et mandamus. Qtos tamen idem Capitulum a Dioecesiano loco suscipient et etiam possidebunt, prout superius est expressum, tam in portione Fratrum Capituli prædictorum, quam in tota Dioecesi Curoniensi, Episcopo Dioecesano omnibus iuribus reseruatis, quae non possunt nisi per Episcopum exerceri. Et quoniam propter paganorum frequentes incursus, et alia emergentia negotia peragenda, Curoniensi Episcopo in ciuitate Rigenſi contingit jaepius commorari, domum ac aream, quas bonae memoriae Semigallenſis Episcopus habuerat, in eadem ciuitate Rigenſi eidem Curoniensi Episcopo decreuimus et voluntus assignari cum idem Curoniensis pretium pro quo eadem domus et area redemitæ fuerint, Rigenſi Episcopo paratus fuerit exhibere. Et ne sedes Metropolitica, quæ ab eodem Domino Papa de nouo in illis partibus est creata, debito careat fundamento, ex suo dignitatis titulo, decreuimus ordinandum, vt Archiepiscopus, qui ad illam Metropolin est aslumtus, in ciuitate Rigenſi prædicta, quæ nobilior ex multis causis et habilior aliis ecclesiis, illarum partium esse videtur, sedem Archiepiscopalem constituat, secundum quod ei literis est indultum. Si autem idem Rigenſis Episcopus cedere Episcopatu Rigenſi, vel ad alium Episcopatum se transferre noluérit, id ei auctoritate Præsentium indulgemus, vt sic memoratus Archiepiscopus nominatam Rigensem Ecclesiam pro Metropoli libere valeat adipisci, alioque dictus Rigenſis, quoad vixerit pacifice, in statu præsenti tam in ciuitate, quam in Dioecesi Rigenſi permaneat, eodem Archiepiscopo tam in ciuitate Rigenſi, quam per totam prouinciam iurisdictionem Metropoliticam exercente. Quod autem huiusmodi Ordinatio facta de consensu eiusdem Archiepiscopi et Fratris Theodorici dicti de Grünigen, Magistri eiusdem Domus S. Marie Teutonicorum in Prussia et Livonia, et difcreti Viri Alexandri Sacrista et Lamberti Canonici Rigenſis, Procuratorum Episcopi et Capituli Rigenſis prædictorum et Heinrici Canonici S. Theobaldi

Metenſis,

Metensis, Procuratoris eiusdem Fratris Heinrici, quondam *Semigallenfis Episcopi*, nunc vero *Episcopi Curonensis*, rata permaneat, et inuiolabiliter obseruetur, Sigillorum nostrorum munimine vna cum Sigillis predicti Archiepiscopi et memorati Magistri ipsam duximus roborandam. Datum *Lugduni* quinto nonas Martii, Pontificatus Domini *Innocentii Papae IV.* anno tertio.

Instrumentum Wilhelmi de Vrenbach M. Ordinis Teutonicorum de tertia parte Curoniae.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos praesentes literæ peruererint, salutem et laudem in *Iesu Christo*.

Vt ea que in tempore vita celebrantur, non more fluentis aquæ labantur, sed robore perpetuo potius fulciantur, dignum vtique est opportunum, vt literarum codicibus, testiumque subscriptione, nec non sigillorum aptis appensionibus, muniantur. Hinc est, quod nos Frater *Wilhelmus de Vrenbach*, Ordines Fratrum Hospitalis beatæ Mariæ Domus Teutonicae Magister Generalis, ad communem notitiam perferre curamus, quod cum Pater renerendus, *Dominus Hermannus bonae memoriae Curonensis Ecclesiæ Episcopus*, Canonicorum suorum consilio ceterorumque sive Diocesis sapientum, pro conodo et utilitate prænominatae *Curonensis* Ecclesiæ Fratribus militiæ tunc temporis *Curoniam* inhabitantibus tertiam partem præfatae Dioceseos contulisset ad possidendum, inter vallo non — — — Fratres præhabitи vna cum Episcopo suisque Catholicis manu *Letuinorum*, paucis perfluentibus, gladio corruerunt. Sed postmodum per Dominum Apostolicum de discreti Patris, Fratris Heinrici *Episcopi Curonensis*, de *Littelenburg de Ordine Minorum*, qui tunc post memoratum Antiflitem secundus præfulatum tenebat, assensu, tertia parte et inulta et culte Episcopo remanenti, duæ partes Dioceseos prælibatae Fratribus Ordinis nostri sunt assignatae ob defensionem Ecclesiæ saepe dictæ, tali præsertim conditione, quod per Praeceptorem *Linonie* ceterosque Ordinis nulla diuisio nostro sine consensu fieri debeat, et si quis huiusmodi quicquam attentare præsumeret, fruolum reputaretur atque cassum; non solum diuisionem per praesentes inhibentes, sed etiam si per nos aliqua inæqualis reperiretur fore facta, sic ut dictus Antistes partem minorem seu deteriorem in diuisione tali per nos sibi in iunctam possidere noscitur nouam faciendam arbitrantes. Datum Venetiae anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, sexto, nonas Maii in Capitulo nostro generali, coram Praeceptoribus nostris Fratre *Helmico*, Castellano de Sterkenberg et Fratre *Hermanno*, Marschalco Ordines, et Fratre *Coennero* Commendatore Confliente, ceterisque Confratribus nostris ad hoc specialiter requisitis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum appendi fecimus huic scripto.

Anno MCCCLXXI. *Wilhelmus de Freimerchen alias Freimersen* XXIX. Ordinis
Teutonici

Teutonici Magister, *Seifrido de Blomberg* IX. Archiepiscopo Rigenfi, annuos *Selburgensis* Episcopatus prouentus amplissimosque eripuit, et ad publicum Ordinis ærarium dedit. Nunc tradebantur gubernacula præfati Episcopatus, Comthuris.

Anno MDLIX. vltima Augusti die prius Vilnæ Magister Ordinis *Gotthardus Kettlerus*, nobilis Westphalus se Poloniæ imperio subiecit. Curlandiam tamen et Semgalliam, Kettleru, tamquam Poloniæ beneficium pro se proleque sua retinuit, pro quibus tandem Anno MDLXI. quarto Kal. Decembr. ipsi *Sigismundo* Augusto clientelaris obsequii præstuit iusurandum.

Kettlerus Areem *Selburgensem* etiam qua predium beneficarum accepit. Curlandie Dues predium hoc et accurationi et administrationi Curoniae Nobilibus committebant et locabant.

Anno MDCXVII. primus Capitaneus maior (*Oberhauptmann*) in Districtu *Selburgensi*, a Duce Friderico, Formulæ Regiminis conuenienter constitutus est, qui singulis Nobilibus, et Ignobilibus in Districtibus *Selburgensis*, Dunæburgenisis et Ascheraensis, in causis prime Instantie adhibitis Assessoribus ius dicit.

Post *Selburgensis* Episcopatus cum Rigenfi coagmentationem, Sacerdotes, Sacellanos, et Monastæ res diuinas in Selburgensi Episcopatu vsque ad Confessionis Augustanae acceptiōnem procurarunt.

Kettlerus, ad *Ecclesiæ*, *Scholas*, nec non *Hospitalias* ædificandas et collapsas restituendas, honorificissimum decretum Rigæ Anno MDLXVII. III. Calend. Mart. statuit.

Extract. Mand. Gotth.

"Nachdem aber der Kirchen, Prediger und Seelsorger im Fürstenthum viel zu wenig, und nicht wohl möglich, daß der Obgelegenheit halber die Vielheit der undeutschen Armut füglich darzu zu bringen, daß sie auf die Feiertage die Kirche besuchen, und durch die Predigt des Worts sich unterrichten lassen, auch die alten Rente und Einkünfte der Kirche nicht genugsam, damit derselben Gotteshäuser neben denen Schulen in Gebäude zu bringen, und zu samt denen Lehrern zu erhalten; als haben wir für ratsam angesehen, und entschlossen: daß an nachfolgenden Dertern und Stellen solche Gotteshäuser, Kirchen und Schulen auch Hospitäler sollen aufgesetzt, erbauet und erhalten werden:

Erstlich im Gebiete Dumaburg und oben in unserm Fürstenthum anzufangen, soll: die Kirche so zu Born vorhanden, bestätigt, und bei der Lautzen eine neue erbauet werden, und folgendes zwischen der Lautzen und Völkersahm (Kalkunen) eine. Eine zwischen dem Kanzler Michael Brunnauer und Steffen Freitag. (Demmen) Eine zu Aegipten in der Fürstenberger Mark. Zu Illuxten die Kirchspielskirche, Schule und Armenhäuser, wo der alte Praedikant gewohnt. Zwischen der Düblena eine. Zum Buschhof

schof eine. Zwischen der Sauken und Ellern eine. Zu Uersten eine. Zu Seelburg die Pfarrkirche, Schule und Hospital. Zwischen der Sauken, Daudsewas Sezen eine, Sonnatta, u. s. w.

Anno MDLXVIII. prima visitatio Ecclesiae Selburgensis. Visitatores erant Nobilissimi, Guilielmus de Effern, Salomon Henning, et Alexander Einhorn a concionibus aulicis.

Emolummentum visitationis huius non continuæ.

"Dahero es leider Gottes, inquit Visitator Henning geschehen, daß da ich Abwesens des Herrn Kanzlers die Visitation hintansezzen, und andere Haendel abwarten müssen, daß etliche Wochen sonderlich droben im Dunaburgischen und Seelburgischen, wie man izzo in der Relation gehöret, die Pastores verlaufen, mancher Mensch jung und alt an seiner Seligkeit versäumt, ungetauft geblieben, und sine crux sine lux, wie man zu sagen pfleget, ohne Beicht und Absolution so dahin gestorben. Welcher greuliche Hammer und Seelenverlust mir als dem verordneten Visitator bishero nicht unbillig christlich zu Herzen gegangen, daß ostmahls in meinem Gewissen nicht wenig betrübt worden, u. s. w. — — Auch wollen es Thro Fürstl. Gn. die Hr. Rätche und Ritterschaft wissen und einsehen, daß dem lieben Gott in unserer nechsten winterlichen unzeitigen Visitation zu Dank nichts geschehen, da wir zu rechter Zeit und Gelegenheit andern Händeln den Vorrang lassen, er aber mit seiner Ehre und göttlichen allein selig machenden Namenß Bedürferung hinterher stehen müssen.

Hodiernæ Visitations ad pristinarum similitudinem accedunt,

Anno MDLXX. secunda Visitatio Eccles. Selburg.

Und da wir gesunden dixit Alexander Einhorn Ducatum horum Superintendens daß in dem ganzen Selburgschen Gebiete, sonderlich im Sezzischen Umte noch eitel Abgötterei getrieben wird, und die Wald und Buschgodter nach heidnischer Art angebetet werden, so bitten wir Thro Fürstl. Gnaden wollen Hauptmann und Amtleute befehlen, mit allem Ernst dieser sündlichen Abgötterei zu steuern und zu wehren. A. 1571 tertia. Visitat. Eccles. Selb.

Anno MDLXXXIV. quarta Visitatio Eccles. Selb. Visitatores erant: Salomon Henning et Supremus Burggraius de Effern. Anno 1596 quinta Visit. Eccles. Selb. Anno 1636 sexta Eccles. Selb. Visit.

Anno MDCXXXVI. V. Iduum Augusti in Conuentu et Laudo publico Präposituræ Selburgensis instaurationem stabilitam est.

"Weil fast ohnmöglich, daß vom Superintendenten auf die Pastoren, wie sie sich in der Lehr und Leben verhalten, durchs ganze Fürstenthum gebührliche Inspektion gehalten werden können: haben wir für nützlich befunden, daß in nachfolgenden Dertern, als zu

Selburg, Bauschke, Doglehn, Goldingen, Grobin und Randa, neben dem Superintendenten Präpositi zu solchem Ende verordnet werden. Landtags Abscheid v. 1636. §. 3.

Series Präpositorum Selburgensium.

- 1) Michael Klokouius.
- 2) M. Nicolaus Hahnfeld † 1641.
- 3) Ioannes Stender † 1705.
- 4) Conradus Stender 1707. Pastor Selburg.
- 5) M. Ferdinandus Hollenhagen. Past. ad Selb.
- 6) Alexander Grauen. Past. ad Selb. et Sonnaxt. vsque ad Anno 1717.
- 7) Christophorus Heinricus Bauer. Past. ad Sauken.
- 8) Mattheus Guilielmus Hespe. † 1752.
- 9) Ioannes Sigismundus Berend. Past. ad Fridericopolim. † 1781.
- 10) Gotthardus Fridericus Stender. Pastor Senior ad Selburg et Sonnaxt. Präpositus 1782.
Onus officii depositus 1787.
- 11) Alexander Ioannes Stender. Pastor Adiunct. ad Selburg et Sonnaxt. Präpositus 1787.
Seculi huius XVIII. innitio Russi ex Semgalliae prouincia prædas agebant, et templum Selburgense ab his hostibus etiam spoliatum est.

Inuentarium Sacrarii Selburgensis de Anno 1709.

Eine gute Metallne Glocke, welche schon von denen Russen herausgenommen gewesen, da sie, die Russen aber bey Jacobstadt vom General Lewenhaupt geschlagen worden, und diese gefunden wurde, hat sie der General der Kirchen wieder geschenkt. Vor diesem ist eine schöne Messings Lichtkrone in der Kirche gewesen, da die Russen darin logiret, haben Sie Sicht derselben bedient und gar mit sich heissen gehen. Gleich bey der Kirchhüre lieget zur Rechten ein schöner Leichenstein, so von denen Russen, welche damals ihr Quartier in der Kirchen gehabt, mitten entzwey geschlagen.

Anno MDCCXV. et MDCCCLXXXII. Visitaciones Eccles. Selb. fuerunt.

Aedes Selburgensis iam Anno MDCC. ruinam minans.

Die Seelburgsche Kirche vide Acta de Eccles. Visit. prefati anni ist im schlechten und häufälligen Stande, und obschon wegen der Erbauung und Reparirung sattsam mit denen Wohlgeb. Eingepfarreten und denen Fürstl. Beamten überleget worden, wie diesem Uebel zu helfen sey, hat doch deshalb kein Mittel getroffen, noch viel weniger ein Schluz gefaßt werden können.

Tamen noua nondum exstructa. Et nunc Selburgense templum magis tuguriolum rusticum ruinosumque quam templum nominandum est. Quamobrem Ecclesiastes, procurando sacrarum, summo periculo cinctus et cœtus cunctus a periculo capitinis non procul abest.